

**I уровень
(5–8 классы)**

1. Переведите текст с латинского языка на русский:

Olim Helvetii, unus ex Galliae populis, terram, quae non longe a Provincia Romana abest, incolebant. Helvetii bellicosi erant et totius Galliae imperio potiri* studebant. Romanis de Helvetiorum consiliis a sociis nuntiatur. Itaque Caesar copias ex hibernis educit, in Galliam maturat et suam patriam defendere in animo habet. Dum Helvetii agros finitimos vastabant, Caesar ad bellum se praeparabat: castra muniebat et pabulum convehebat. Caesar in multis proeliis Helvetios vincit et ita Helvetios punit.

*potiri — Infinitivus Praesentis Passivi от potior, ītus sum, īrī *завладевать*.

2. Ответьте на вопросы по-латински:

- Ubi Helvetii habitabant?
- Cur Caesar cum Helvetiis bellum gerebat?
- Quomodo Caesar ad bellum se praeparabat?

3. Переведите предложение, затем преобразуйте действительную конструкцию в страдательную.

В Галлии римляне сжигали деревни* и разрушали города.

*vicus, i m — *деревня*.

4. От каких латинских слов произошли русские слова:

культура, популярный, пеня, препарат, уникальный, студия.

5. Представьте, что друг написал вам письмо на латыни. Некоторые современные вещи ему пришлось назвать латинскими словами. Как вы думаете, что обозначают слова *birota* и *autobirota* в его письме? Как эти слова были образованы?

Birota mea nova et pulchra est. Cotidie birota vehor. Amicus meus vero autobirotam habet.

**I уровень
(9–11 классы)**

1. Переведите текст и дополните его одним предложением:

Gaius Plinius Secundus, avunculus Plinii poetae, vir doctus erat et naturae miraculorum valde studiosus. Aliquando in Campania nebulam magnam diramque videt. Miraculum ex proximo spectare cupit. Itaque liburna a servis aptatur; ipse liburnam conscendit, socii vero contendunt remis. 'Strenuos' inquit 'fortuna iuvat!' Jam juxta Vesuvius surgit, unde fumus flammaeque ad caelum eduntur, postremo incolas timidos in ora maritima videt. Tandem terram attingit et incolas a periculo servare studet. Exemplo suo verbisque animum miserorum confirmat. Sed venti contrarii causa fugam petere non poterant, nam fretum adversum erat. Plinius scilicet fumo crasso suffocatur. Usque ad ultimum Plinius animum strenuum habebat et alios adjuvabat. Plinius Minor (Младший) adolescentulus de fato avunculi sui dolebat et sic amicis scribebat: ...

2. Определите грамматические формы слов (все возможные варианты):

forma, alis, liberis, infer, volas.

3. Переведите фразу, помня о том, что ēsse=edere:

Mea mater, mea pater, filium tuum lupus est.

4. Латинский язык продолжает жить и в наши дни, причем для описания современных реалий иногда нужно придавать словам новые значения. Как вы думаете, что обозначают слова *birota* и *autobirota* в приведенном ниже новолатинском тексте? Как эти слова были образованы?

Birota mea nova et pulchra est. Cotidie birota vehor. Amicus meus vero autobirotam habet.

5. На какой праздник было бы уместно подарить такой светильник?



II уровень

1. Переведите текст с латинского языка на русский:

Scriptōres antīqui hanc historiam de populo Romāno deque populo Punico nobis tradunt. Par erat vigor et vis amplitūdoque populi Romāni atque Punicī. Idque erat merito. Nam alii populi inter se de sua terra certābant, Romāni autem cum Poenis de omnium terrārum imperio contendēbant. Poeni incolas Corsicae, provinciae Romānae, ad rebellīōnem et ad bellum cum Romānis incitābant. Tum Q. Fabius, imperātor Romānus, ad Carthaginienses epistulam mittit. Ibi dicit: “Populus Romānus mittit ad Carthaginienses hastam et caduceum, signa duo belli aut pacis. Eligite ipsi ex eis duōbus signis unum, quod vobis maxime placet. Id signum nos ad vos mittimus.” Carthaginienses respondent: “Nos neutrum eligimus. Ipsi unum signum nobis relinquite, quod vobis placet. Et id signum nobis pro electo est.”

(no Gell. X 27)

2. Ответьте на вопросы по-латински:

- Post quod bellum praeclārum Corsica insula provincia Romāna fit*?
- Quot bella Romāni cum Carthaginiensibus gerēbant?
- Quod signum pacis Romāni ad Poenos mittunt?

*fit — praes. ind. act. от глагола fio, factus sum, fieri «становиться»

3. Дополните следующие предложения словами, данными в скобках:

- Archimēdes Syracūsas defendēbat. (opus, -ēris n; suus, a, um; mirificus, a, um)
- Senectus ab omnibus hominibus (colo, colui, cultum 3)
- Roma ab servātur. (anser, ēris m)
- Civitas Romana clarissima est. (civitas, ātis f; omnis, e; antiquus, a, um).

4. В левом столбике расположены имена существительные, обозначающие должность людей или род занятий, в правом — их атрибуты. Соедините имена с соответствующими атрибутами.

- | | |
|---------------|--------------------|
| 1. imperātor | a. clavus |
| 2. miles | b. plagae |
| 3. flamen | c. gladius |
| 4. scriba | d. currus |
| 5. gubernātor | e. apex |
| 6. aurīga | f. corōna laurea |
| 7. venātor | g. tabūlae cerātae |

5. Латинский язык продолжает жить и в наши дни, причем для описания современных реалий иногда нужно придавать словам новые значения. Как вы думаете, что обозначают слова *taenia* и *pellicula* в приведенном ниже новолатинском тексте. Объясните свой ответ.

Cantica taeniis inciduntur. Mihi placet taenias auscultare. Etiam pelliculas inspicio magnamque laetitiam capio.

III уровень

1. Переведите текст на русский язык.

Iam Minotaurus, monstrum horribile, in obscuritate labyrinthi occisus erat. Iam Theseus, filium lini ab Ariadna datum digito percurrens, iter ad lucem invenerat et caelum reviserat. Iam fugiens nave cum Ariadna a litore matribus Atticis invisus audiebat Minois clamorem, undarum strepitum superantem, omnem calamitatem in caput herois Atheniensis invocare. Tum Ariadna Theseo: “Non fugit me non esse te virum ingratum, sed promitte mihi numquam te virginem, quae te ingenio suo servavit, relicturum esse, promitte hunc amorem nostrum perpetuum et sincerum fore”. Cui Theseus: “Venus mihi testis est, promitto numquam beneficia tua e pectore meo erasum iri.” His verbis dictis nubes solem operuit.

2. Ответьте на вопросы по-латински (2–3 предложения на каждый вопрос):

— Quis labyrinthum aedificavit? Qua de causa ille artifex in Cretam insulam ad Minōem regem venit?

— Quare Athenienses virgines et iuvenes in Cretam portare debebant?

— Quare mare Aegaeum a nomine patris Thesei appellatum est?

3. В тексте курсивом выделены описательные выражения, которым соответствуют слова в списке после текста. Выберите из списка и вставьте в скобки после выделенных курсивом выражений соответствующие им слова в нужной форме.

Titus mihi est *longo cognitus usu* ().

Titus in ripa orientali *magni lapsus aquarum* () domum habet.

Cras dies natalis ei est. Hodie in pistrina *omnibus praestantem* () libum emit.

Die natali id libum cum amicis parentibusque *dare palato* () oportet.

Titus est linguae latinae studiosissimus.

Cras librum Horatii, *Musarum sacerdotis* () praeclari, Tito donaturus sum.

Список слов для замены: fluvius, edo, poeta, amicus, optimus.

4. В правой колонке даны определения, в левой – определяемые слова. Установите соответствие между ними. Внесите ответы в таблицу.

| | |
|-------------|--|
| 1. feles | a. animal spinis horridum, qui contractis ore et padibus convolvitur in formam pilae |
| 2. ericius | b. avis cantus suavitate praezellens. |
| 3. canis | c. animal quadrupes domesticum, acutis unguibus, mira velocitate oculisque etiam nocte cernentibus praeditum, muribus et avibus infestissimum |
| 4. luscinia | d. avis vario pennarum fulgore conspicua |
| 5. camelus | e. animal ferum singulari astutia |
| 6. pavo | f. avis initio veris ad nos transvolans, autumnno ad calidiores plagas migrans, in tectis nidificans |
| 7. vulpes | g. animal domesticum latrans |
| 8. hirundo | h. animal quadrupes in orientalibus regionibus frequentissimum, longo collo, capite exili, altis cruribus, pectore amplo et villosa, in dorso habens tubera duo aut unum |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
| | | | | | | | |

5. Латинский язык продолжает жить и в наши дни, причем для описания современных реалий иногда нужно вводить неологизмы. Но неолатинисты часто предлагают несколько разных вариантов и спорят между собой, какой из них лучше. Ниже приведены два ряда неологизмов. Определите, что они обозначают, а также прокомментируйте, как они были образованы.

raeda – carruca – autocinetum

raeda longa – coenautocinetum – laophorus (laophorium)

IV уровень

1. Переведите текст с латинского языка на русский:

APULEIUS. De Deo Socr. Praef.

Corvus et vulpēs ūnam offulam simul vīderant eamque raptum festīnābant parī studiō, imparī celeritāte, vulpēs cursū, corvus volātū. Igitur āles bēstiam praevenit et secundō flātū prōpassīs utrimque pinnīs praelābitur et anticipat, atque ita praedā simul et victōriā laetus, sublīmē ēvectus, in quādam proximā quercū in summō eius cacūmine tūtus sēdit. Eō quoque tamen vulpēs, quia lapidem nequibat, dolum iēcit.

Namque eandem arborem successit, et subsistēns, cum supernē raptōrem praedā ovanem vidēret, laudāre astū adorta est:

«Nae ego īnscīta, quae cum ālite Apollinis frūstrā certāverim, quippe cui iam prīdem corpus tam concinnum est, ut neque oppidō parvum neque nimis grande sit, sed quantum satis ad ūsum decōremque, plūma mollis, caput argūtum, rōstrum validum; iam ipse alīs persequāx, oculīs perspicāx, unguibus pertināx. Nam dē colōre quid dīcam? Nam cum duo colōrēs praestābilēs forent, piceus et niveus, quibus inter sē nox cum diē differunt, utrumque colōrem Apollō suīs ālitibus condōnāvit, candidum olōrī, nigrum corvō. Quod utinam sicutī cygnō cantum indulsit, ita huic quoque vōcem tribuisset, nē tam pulchra āles, quae ex omnī avitiō* longē praecellit, vōce viduāta, dēliciae fācundī deī, mūta vīveret et ēlinguis!»

Id vērō ubī corvus audit, hoc solum sibī prae cēterīs deesse, dum vult clārissimē clangere, ut nē in hōc saltem olōrī concēderet, oblītus offulae, quam mordicus retinēbat, tōtō rictū hiāvit atque ita, quod volātū pepererat, cantū amīsit; enimvērō vulpēs, quod cursū amīserat, astū recuperāvit.

Eandem istam fābulam in pauca cōgāmus, quantum fierī potest cohibiliter: corvus ut sē vōcālem probāret, quod solum deesse tantae eius fōrmae vulpēs simulāverat, groccīre adortus, praedae, quam ore gestābat, inductricem conpotīvit

*avitium, ii n — «мир птиц»

2. Текст из задания 1 представляет собой риторическое упражнение на тему известной эзоповой басни. Большую часть этого упражнения занимает речь одного из персонажей.

Опишите риторические приемы, которые применяются в речи Лисы.

3. В одном из своих сочинений Цицерон пишет:

(Ennius) scribit, anno trecentesimo quinquagesimo fere post Romam conditam

[A] < > *Nonis Iunis soli luna obstitit et nox.*

Следует иметь в виду, что в расчетах Цицерона Рим был основан на два года позже, чем это предполагает принятая “варроновская” дата.

По всей вероятности к тому же историческому моменту, как и фрагмент [A], относится другой фрагмент из «Анналов» Энния:

[B] septingenti sunt, paulo plus aut minus, anni,

augusto augurio postquam incluta condita Roma est

— К какому году по летосчислению “до нашей эры” Энний относил основание Рима?

Объясните ответ.

4. В доклассическом латинском языке в конце слова происходило следующее:

1) Последовательности звуков -ĒS и -ĒT (с кратким ĕ) превращались в -ĪS и -ĪT. Таково, например, происхождение окончания -ĭs родительного падежа единственного числа третьего склонения.

2) Долгие гласные сокращались (в многосложных словах) перед всеми конечными согласными, кроме -S. В силу этого, например, от глагольной основы amā- мы имеем формы amās, но amāt.

Какой из этих двух процессов происходил раньше? Почему?

5. Латинский язык продолжает жить и в наши дни, причем для описания современных реалий не всегда требуется конструировать новые слова: иногда для создания неологизма достаточно новой семантики или добавления прилагательного. Ниже приведены несколько словосочетаний (часть зафиксирована у античных авторов, часть – у гуманистов, часть – в новой латыни). Определите, что они обозначают, какие из них восходят еще к античности, и объясните, почему вы так думаете. Попробуйте предложить собственное сочетание-неологизм с использованием acus.

acus comatoria sive crinalis

acus netoria

acus ornativa

acus polaris sive magnetica

acus tecta sive tuta vel tutoria